

Agiatom habet sub se 130. spirituum
 Begud habet sub se 105. spirituum, et
 Janier habet sub se 100. spirituum. —

De potestate superiorum Intelligentiarum. Cap 3.^o

In precedentibus Capitulis diximus de Institutione Artis, de q^o rum^o ordine, dignitate cuiuslibet Intelligentie, quemlibet orbem proprium mouentis, dicendum est iam de earum potestate, quam Altitimus illis tribuit, quae supra Humanam gentem caput fertur, pro cuius notione sciendum est oēs res huiusmodi, tam naturales, quam Diuinas iussu Altitimi illis esse subditas, maximeq; Scientias, Artes, Secretaq; omnia, quae humana mens excogitare potest, quae ab cognoscas faciemus amplam diuisionem Scientiarum, artium, et secretorum, quae habet una quaeq; parte .i. usque de presenti.

Oriphielisq; quam esse prope Domicilium eo est Princeps oium post Deum, Deoq; Diuina sunt, habet sub se iussu Altitimi Scientiasq; Diuinas, habet igitur Theologiam, Metaphysicam mysticam, scripturam, Religionem Prophetiam, potest facere ut duo corpora sint in uno, et eod. loco etiam id corpus possit esse semel et in instanti in pluribus locis, et corpus reddatur inuisibile, idq; subito, habet praesentia, praeterita, et futura, homines illi seruientes reddit